extunc recessu supto, quo ad vendum spectat mediante, Semper ini
primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, Juri pare
re, vendere, Damna praefata Terria simpliciter taxata mere
Inscriptori huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebunt
et tenebuntur, seque ac suos Successores ad eaque omnia inscribunt et
obligant praesentis, illum terminum primum peremptorium, et alios
omnes eiusdem consequentis Causae iudicii terminos semper peremptorios
Vera Infirmitate, maiori, minorennitate Successorum, Legatione
intra vel extra Regnum, servitio militari, ad Munimenta, ad
Evictores vel alijs quibusuis dilationibus, et Legalibus impedimentis
non differendo, ad Quietationem praeterea Vltra proximos officij praefati
Castrensis Capitaneus Premisliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo
nullasque Citationes, appellationes, ac eas prosequutiones faciendo, ac prae-
missa omnia per quis simplicibus vel triplicatis, Exactionibus
Superstitionibus, fatalijs Juris, praetextione Terrae, bello, Conventio
regue, ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subter-
fugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Haec ea praesens
personali Recognitione ac Commissa omnia mediante.

Feria Sexta pridie Festi Sanctae Priscae Virginis, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. 17/1

Drogocka Krzeczowskim Coniugibus Cedit. 13

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus
Castrensibus Capitaneatibus Premisliensibus Generosa Alexandra de Kozyczno

olim Gnosi Stanislai Drogocki Consors, de relicta Vidua. Sana mente et corpore existens, a Terris, Debitibus, Iuribus, Iuris actionibus suis quibusuis sibi competentibus recedendo, praesentem vero Castrensis Capitaneatus Premysliensis Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipsa inhaerendo Literis Consensus Sacrae Regiae Maiestatis, sibi Recognitae ad infrascriptam recognitionem per eandem Sacram Regiam Maiestatem gratiose collatis, Manu eiusdem Sacrae Regiae Maiestatis propria subscriptis et sigillo Minoris Cancellariae Regni obsignatis, officioque praesenti reproductis, quarum est tenor talis.

Michael Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Kiouiae, Volhyniae, Liuoniae, Smolensciae, Seueriae, Czerniechouiaeque.

Significamus praesentibus Literis Nostris, quorum interest Universis et Singulis, Consensisse Nos ac permisisse, consentireque ac permittere praesentibus Literis Nostris Generosae Alexandrae de Kozitono Drogocka, Ut possit et Valeat de omni et integro Iure suo, quod illi super Advocatiam inter Villas Nahuiowice et Iasienica, Oeconomiae Samboriensis sitas, Slowne dictam servit cedere, illudque in personas Generosorum Sigismundi et Helenae de Poniatowice Krzeczowskich Coniugum transferre et transfundere. Quod quidem Cessio, Iurisque transfusio, posteaquam coram Actis quibuscunque authenticis Regni facta et recognita fuerit, Nos eam ratam et gratam habituri sumus, Uti eam, quod de Consensu Nostro peragetur. Vigore eiusque cessionis, praesentisque Consensus Nostri, invati

Gnosi Sigismundo, et Helenae de Poniatowie Krzeczowscy Conju-
ges, praefatam Advocatiam Slone cum omnibus fundis, agris,
pratis, campis, sylvis, piscinis, pascuis, caeterisque omnibus
commodis et obventionibus, necnon attinentiis et pertinentiis
antiquitus eo spectantibus, quam iidem Gnosi Conjuges tenebunt
habebunt et possidebunt ad extrema vitae illorum sive alterius
ex ipsis superstitis tempora, promittentes pro Nobis et Serenissimis
Successoribus Nostris non esse Nos, Serenissimos Successores Nostros
ab usu et pacifica possessione dictae Advocatiae memoratos
Gnosos Krzeczowskie Conjuges amoturos aut alienaturos
neque amovendi aut alienandi cuipiam potestatem daturos
sed salvum et integrum Jus Advocatiale eis conservaturos.
Post mortem vero illorum, non prius praefata Advocatia ad
dispositionem Nostram redibit, donec summa in literis
originalibus expressa, de lege taxa Commissariorum Nostrorum
praeventis Successoribus eorum integre numerata et persoluta
fuerit. Juribus Nostris regalibus, Reipublicae, et Ecclesiae Catholicae
salvis manentibus. In cuius rei fidem, praesentes manu Nostra
subscriptas sigillo Regni communiri mandavimus. Datum
Cracoviae in Comitiis felicis Coronationis Nostrae die XVI
Mensis Novembris Anno Domini MDCLXIX.
Regni Nostri Anno primo. Michael Rex. Consensus ce-
dendi Advocatia Slona dicta in Oeconomia Sambo-
nensi sitae Gnoso [redacted] Wyszno Drogoelen
in personas Gnosorum Sigismundi et Helenae de Ponia-
towie Krzeczowskich Conjugum. Bonaventura Mach-
linski Sup. Thesauri Regni Notarius posteaque genus

ingrossationem ipse eius Recognti pro officio presens extraditum est. De omni et integro Iure suo advocatiali, quod sibi Recognti Suo Advocatiam inter Villas Nahuiowice et Iasienica Oeconomiae Samboriensis sitt, Stare nuncupatt vigore Iurium suorum servit et competit: necnon de certis ipsis bonis Advocatiae memoratae Slone nuncupatt Summisque et Taxa in certis bonis habentibus utque Privilegiis originalibus, Lustrationibus, dispositionibus et Iuribus quibusvis sibi Rgnti Suo bona praefata servientibus. Cum omnimodis mistorum Iure, dominio, proprietate, competentiaque et praerogativa quavis, omnibusque et singulis, Iuris praesentis certis ac Privilegiorum, et Iurium praenominatis Suo bonis praefata servientibus Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, ligamentisque, ac rebus in Universum omnibus, bonorum quoque Suppremorum et Summarum in certis bonis habentium Utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, et obventionibus quibusvis, attinentiisque et pertinentibus generaliter Universis. Nihil ex praemissis Iuris, dominii, proprietatis, ac census competentiae et praerogativae pro se Rgnte, suisque Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verumque praefata bona se in suis metis et limitibus ab antiquo extendunt et comprehendunt et prout eaque bona ipsamet Rgns tenuit, habuit et possidebat ipsamque concernebant, ac eius legitime serviebant; Iam exnunc et de facto Gnosis Sigismundo Krzeczowski, et Helenae de Ponia towice Coniugibus legitimis accepta ab ipsis praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione, dedit et condescendit quae per eosdem cedit et condescendit, omneque et integrum Ius suum sibi ad praefata servientis, in personam eorumque Gnosorum Krzeczowskich Coniugum Sejronienorum suos totaliter et plenarie transtulit, transfudit et incorporavit, quae praesens transfert

transfundit et incorporat: In quod quidem Ius cessum praemissorum omnium et singulorum praedictorum abs cessorum, iam et nunc et de facto memorata Recognoscens Generosa Alexandra de Kopystno Drogoiecka, supra Generosis Krzeczowskim coniugibus cessionarijs suis dat et admittit coram Officio praesenti realem Intromissionem, et actualem pacificam possessionem pro Ablentorum quorumcunque competentem et illos duos die quacunque voluerint possessione acceptandam per ipsos Generosos Krzeczowskie coniuges cessionarios suos hoc eodem Iure praecessum praemissorum omnium et singulorum cum universis commoditatibus et emolumentis, competentiaque ex obligatione qualicunque tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ad suosque quosuis beneplacitos usus fructusque libere et effectualiter convertendi, Iuris originalis ea omnia latius in se complectentis praesenti cesso et transfusi vigore.

13

Eadem Eisdem Condescendit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosa Alexandra de Kopystno, olim Generosi Stanislai Drogoiecki Consors relicta Vidua. Iuramentis et corpore exemptis, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice ac perexpressum recognovit, Quia ipsa inhaerendo Literis Consensus Sacrae Regiae Maiestatis, sibi Agnati ad infrascripta recognoscienda gratiose collatis, manu eiusdem Sacrae Regiae Maiestatis propria subscriptis, et sigillo minoris Cancellariae Regni obsignatis Officioque praesenti reproductis de tenore tali.

Michael Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae